



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Codex traditionvm Corbeiensivm**

**Falcke, Johann Friedrich**

**Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752**

§. 135. De traditis bonis in loco Heppium in pago eodem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36114**

suos (L) ita uocatos gherlo et offo unde isti sunt testes adalbert ghunteri dano harduin redger et alii VIII.

gubernante Corbeiam Wario.

## §. 134.

Tradidit baddo pro anima filii sui uuendilag quidquid habuit in *algeresbus* (M) testes abbi bern thanco alfine nithard maynhard.

## §. 135.

Tradidit abbi pro remedio animae matris suae quidquid habuit in *heppium* (N) testes baddo bern barno tanco alfine nithard maynhard.

## §. 136.

Tradidit *redhard* pro anima fratris sui *billing* (O) in *cogharden* (P) in campis et filiis quidquid habuit sicut testis eisulf horid brunold et octo alii.

## §. 137.

Tradidit bunico pro remedio animae thiadbern in *pago ambergo* in uilla *upstedi* (Q) quidquid ipse thiadbern ibi possederat testes sicutbold uuido friduuuard maynric auen et alii VII.

## §. 138.

(L) Insigniores comites iam tempore Carolingidarum suos habuisse ministeriales, ex hoc loco patet.

De ministerialibus comitum tempore Carolingorum.

(M) *Algeresbus* erat, testante Registro nostro, in *pago Itergoë*. Intelligimus ergo, designari per hanc villam vicum *Alleringhausen* in principatu Waldeccensi eiusque praefectura Eisenberg.

De villa Algeresbus.

(N) *Heppium* villam itidem Register nostrum refert ad pagum *Itergoë*. Cum vero in eodem principatu Waldeccensi eademque in praefectura Eisenberg ad fluuium dictum *die Aar* inueniatur vicus *Eppen*, Eschenbeck inter et Schleidern situs, eundem vicum significari arbitramur. Addita fuit littera H ex more istius seculi. Probabilissime idem vicus liberis Baronibus de Eppen, in castro Reckenberg ad riuum dictum die Orche in principatu Waldeccensi habitantibus, qui praestantissima feuda tenent ab ecclesia Corbeiensi, cognomen conciliauit. Ex villae illius situ iam supra §. 104. not. (I) collegimus, *Abbium* seu *Abbonem*, qui in eadem villa *Heppio*, quidquid habuit, donauit, ad familiam Widekindeam spectasse. An vero *Baddo* (§. 134.) frater eius seu consanguineus fuerit, incompertum mihi est. Illud videtur probabilissimum, binas has traditiones, §. 134. et 135. recensitas, vno die fuisse peractas, quia *Baddo* eosdem testes, quos *Abbi*, adhibuit.

De villa Heppium.

(O) De *Billingo* eiusque fratre *Redhardo*, ad stemma Billinganum pertinentibus, vide supra §. 104. not. (W). *Redhardi* vero nomen videtur illud Rudrati. *Billing* ergo noster non potest esse Billunc, in *Tradit. Fuldens.* occurrens. Rudratus enim mortuus erat ante *Billingum*. Noster itaque *Billingus* est nominandus tertius.

De Billing.

(P) *Cogharden* villa erat in *pago Wikanauelde*, testante nostro Registro. Denotatur *Kaier*, locus Principatus Wolferbuttelani, filiae *Hils* in praefectura Grenensi adiacens.

(Q) *Pagum Ambergo* fuisse in episcopatu Hildesiensi, et quidem in regione praefecturae Bindelagensis et Woldenbergensis, certum est, et ex hoc loco potest demonstrari. Nomen eadem regio usque in hodiernum diem retinuit ita, ut etiam eius tractus rustici se colonos in *dem Ommergau* et *Ommerthal* adpellent. Nomen

De pago Ambergo.